



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

§. 2. Franciscus Vargas & Martinus Velascus Bononiam missi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul XVI. na, ac remota, locum illum obtinere pas-
A.C. 1548. suri sint.

§. II.

*Franciscus Vargas, & Martinus Ve-
 lascus Bononiam missi.*

Fallav. l. 10. **C**um autem Imperator de Pontificis
c. 11. n. 1. constantia sat persuasus esset, cele-
Thu. l. 5. bres duos Jurisconsultos Franciscum
Belcar. ut su. Vargas de Mexia, & Martinum Soriam
pra l. 25. n. 8. de Velasco Bononiam decrevit, qui e-
 tiam ibidem die vigesima quinta Novem-
 bris Anno priori millesimo quingentesi-
 mo quadragesimo septimo advenerant.
 His data agendi facultas signata erat
 eodem anno die vigesima secunda Au-
 gusti, proin quarto jam Mense, antequam
 Mendoza Cæsaris Legatus Pontificis
 responsum Romæ acceperat. Carolus
 itaque hisce Procuratoribus injunxit, ut
 contra Concilii translationem ulterius
 reclamarent, & hæc demum expone-
 rent: „ cum Carolus Imperator probe
 „ prospexerit, Pontificis animum flecti
 „ haud posse, aliunde vero exploratum
 „ sibi habeat, quod Protestantes non nisi
 „ vi ad submissionem Synodi Decre-
 „ tis præstandam adigi valerent, insu-
 „ per cum Synodi Patres aliunde ipsi
 „ declarassent, quod tunc, si circa redi-
 „ tum Tridentinorum Patrum ad Bo-
 „ noniensem Synodum responsa dare
 „ cun-

„ cunctaretur, ipsi Sessiones suas profe- Sæcul. XVI.
 „ qui, ac cetera decreta circa fidei ar- A.C. 1548.
 „ tículos promulgare velint, hinc Ca-
 „ rolus, ut evitetur schisma, has sessio-
 „ nes inhiberi vult. „

§. III.

*Oratores in Patrum conventu audiri
postulantes.*

Ambo hi Deputati quemdam Patrum Pallav. l. c.
 conventum die decima sexta Janua- c. II. n. 2.
 rii habitum accedentes colloqui co- Thou l. 5. n. 1.
 piam postulant: Patres vero re in de- Sleid. l. 19.
 liberationem vocata totum negotium p. 697.
 Montano Legato commiserunt, qui cum Sarpiib. l. 3.
 nec Cæsaris indignationem, nec Papæ
 offensionem intempestiva hac repulsa fi-
 bi accersere vellet, ambos hosce Orato-
 res ad colloquium admittere, consultum
 censebat. Ingrediuntur itaque illi, ac
 Synodi scribæ Cæsaris mandata porri-
 gunt, in quibus hæc legebantur: *Cum*
Cæsar Religionis, & Ecclesiæ causa adver-
sus quosdam, qui se Legatos Apostolicos
nuncupabant, & adversus quemdam Pre-
sulum Conventum Bononiæ congregatum,
qui Concilii nomen prætendit, protestari co-
gatur, id vero per se ipsum efficere ob loco-
rum distantiam minime possit, duos, quos
jam nominavimus, Procuratores suos ad id
ipsum exequendum constituit.

Hh 5

Pro-